



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli
Novarvm Epistolarvm Libri Septem**

Francisco <de Javier>

Romæ, 1667

Epistola XV. P. Simoni Roderico Societatis Iesv In Lvsitaniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](#)

EPISTOLA XV.

P.SIMONI RODERICO SOCIETATIS

IESV IN LVSITANIAM.

*Gratia & Amor Iesu Christi Domini Nostri
omnes adsit semper nobis auxilio & fa-
vore. Amen.*

Scripturus mox ad te fusiūs de rebus Societatis in his terris nostræ , hanc segregatam , & peculiarem paucis absolvit Epistolam , cuius argumentum idem , & Tabellarius , Andreas Carvallius erit Hunc ego perbonum Iuvenem , valetudinē gratiā remittendum ad vos censui . His enim ægrè vitam trahebat , & quâ ætate atque indole est , Medici sperabant Patrij Cæli haustu reparari vires ejus morbo prostratas , & in integrum posse restituere De illo hoc peregrè rediens , concordie omnium qui hic sunt testimonio , compriebam ; nulli eum nostrorum his in loco degentium , dotibus Naturæ , profectibus Doctrinæ ac donis Gratias cedere , magnan-

1911

1912

que



que in ejus iuventutē spem passim Maiores
natū collocant, ob virtutes quas in eo po-
suit Deus Dominus Noster, quasque per
suam Misericordiam augebit. Evidem-
ita esse ego quoque arbitror ut dicunt; &
libenter huius spei Te gaudio impertio,
optans tecum, vovensque ut crescat in
mille millia hīc Frater Noster, & Socie-
tatem expectato fructu cumulet. Oro er-
go Te per Dei Domini Nostri Amorem,
atque obsequium, Carissime mi Frater Si-
mon, vt Andream Carvallium eā isthic ca-
ritate excipias, quā & ego & ipse spera-
vimus excipiendum eum, & recreandum
à Te. Quid in hisce Partibus novi conti-
gerit, copiosè, ac minutè prescribam ad
vos, Deo iuvante, antequam solvam Coci-
num versus; quod futurum puto circiter
quintumdecimum ab hinc diem. Deus
Dominus Noster nos in Paradisi Gloriā
coniungat; nam quando in hāc vitā con-
gredi corām, & amplexari mutuō possi-
mus, equidem non video. Illud pro cer-
to habe, dulcissime Frater Simon, inscul-
ptam animo penitus meo me quocumque
circumferre Imaginem Tui, cuius obiectu
Te in spiritu continuè cerno. Iamque il-

H H 2

lud,



484 S.FRANCISCI XAVERII

Iud , quo diu propè impatienter exar-
te præsentem oculis corporis spectandi , de-
siderium fero levius , illo me assidue in-
teriori desiderati Capitis aspectu consola-
te . Vale . Scribebam Goæ vi . Kal . Aprili
Anno ccccixiiii.

Tuus in Christo .

Franciscus .

E P I S T O L A X V I .

PATRI MELCHIORI GONZALEZ

SOC. IESV BAZAINVM.

*Gratia & Amor Domini Nostri Iesu Christi
ad sit semper nobis auxilio &
favore. Amen.*

A B homine tibi cognomine , Melchi-
ore Gonzalez , literas tuas accepi ,
quas legi cum non exiguâ voluptate . Vi-
nam det Tibi Deus Gratiam bonum istuc
odorem Nostræ Societatis spargendi , quan-
do tanta extat in nos offendit istius Populi .

Per

